Herolt, Johannes: [De eruditione christifidelium] Liber Discipuli de eruditione christifidelium
[Reutlingen: Michael Greyff], [ca. 1481] Seite 196



eos instigat·Quarto nō est litigandū de re que hoiem nō molestat·Vnd
Ecci·xj·De illa re que te nō molestat ne certaueris·Cōtra hoc faciunt
qui omīa expedire volūt·Et tales seipīs faciunt inquietudinē mentis et
impedimētū ꝓfectus sui·Contētio s'm Hermā·de schildicz·est impugna
tio veritatis cū confidētia clamoris·et vt sic semꝑ est pctm̄ mortale·q2
repugnat veritati et paci que est effect9 caritatis· immo si qua caritas
haberi nō pōt·Quia s'm Augu·in li·pasto·Supbia parit dissensionē·ca
ritas vnitatē·Ex hoc est ꝙ contēciosus ꝑ sacros canones ꝓhibetur ordi
nari·vt xlvj·di·j·Qd̕ nō fieret nisi contentio esset pctm̄ mortale· Si tn̄
aliquis impugnaret falsitatē· vel defenderet veritatē cū inordinato cla
more·posset esse veniale peccatū nisi forsitan esset tanta inordinatio ꝙ
esset magnū de hoc scandalū·tūc qn̄q3 etiā posset in hoc cōmitti peccatū
mortale·maxime qn̄ impugnatio falsitatis vel defensio veritatis nō ꝑti
net ad cōseruatiōem fidei· vł veritatē vite·Si aūt ꝑtineret ad aliquod
istorū nō credo ꝙ faciliter posset ex hoc quis incidere pctm̄ mortale

## De ipochrisi

Ypocrisis est pctm̄ valde detestandū · C · Primo q2 ipochrita
est simia dyaboli volēs imitari filios dei·et ꝙ filij dei faciunt
ad sui decorē ip̄e facit ad sui iugulaciōe3 ·sicut de quadā simia
refert² quā diues quidā enutriebat· Iuxta quē in ꝓximo qui
dam pauꝑ sutor ꝑparauit calcios· Et qn̄ incidit corēū ad calcios ·tūc si=
mia ex opposito in domo sui dn̄i obseruabat eū et ꝗcito surrexit·⁊ cul=
tellum de manu posuit tam cito accurrit et etiā corēū sibi ꝑscidit· volēs
facere sicut a sutore vidit·Et sic destruxit pauperi corēū·qd̕ ille pauper
diuiti sepe cōquest9 fuit·quē ip̄e nō curauit ·Tūc vna vice accepit sutor
nouaculū ad manū et rasit sibi barbam sub collo suo et guttere· qd̕ cer=
nens simia etiā post recessum suū aduenit·et cultellū recepit et sic simile
sibi facere voluit sicut antea vidit·et sic seipām occidit · Sic ipochrite
faciūt sibi ad ꝑniciem qd̕ boni sibi faciūt ad salutem · Scd̕o pōt valere
ad detestatiōem hui9 peccati pena quā scriptura ip̄is minatur· Et vna
pena est ꝙ nunꝗ̄ videbūt faciē dei nisi cōuertant²·Vnde Iob·xnj·Nō
venit in cōspectu eius omīs ipochrita·nec mirꝫ ꝙ deus nō sit ante cōspe
ctū ipochrite·Omīa em̄ oꝑa sua facit vt ab hoibus videat²·hoc est vnū
qd̕ multū placet deo ꝙ hō cor suū et intentiōem suā sepe erigat ad deū
Vnde sup illud ps̄·Firmabo sup te oculos meos dicit glo· in ꝑsona dn̄i
Nō auferā oculos meos a te q2 tu semꝑ leuas oculos tuos ad me Tercō
pn̄t valere ad detestatōe3 hui9 peccati maledictiōes multiplices quas
dn̄s iesus sup ipochritas ꝓtulit Vn̄ Math·xxnj·Ve vobis scribe ⁊ pha
risei et ipochrite qui clauditis regnum celorum ante homines ·non em̄
intratis·nec introeuntes sinitis intrare· Item ve vobis scribe et phari=
ei et ypochrite qui comeditis domos viduarum in oratione longa·

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-434/0195
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG